



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda S. Coloniensis Ecclesiae. Hoc Est: Liber Pastoralis

Ferdinand <Köln, Erzbischof>

Coloniae Agrippinae, 1614

De sumptione Eucharistiae & digna ad ea[m] præparatione, itemq[ue]
suscipientibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39761

XIII. Quamdiu sacratæ particulæ in altari sunt, tamdiu vnus atque alter cæreus in altari ardere debent. Similiter quando populo impertiendæ erunt.

DE SVMPPTIONE EVCHARISTIÆ, & digna ad eam præparatione itemque suscipientibus.

I.



Eminerint Pastores suarum partium esse fideles crebrò & diligenter adhortari, vt cum frequenter alias per totum annum, tum in festo Paschæ diuinissimum Eucharistiæ sacramentum ex Concilij generalis decreto deuotè & reuerenter suscipiant, nisi & in-

De cõmunionis frequenti, & ea quæ in festo Paschæ.

Concil. Lateran. sub Innoc. III. cap. 21.

Extravag. Eugen. IV.

gressu Ecclesiæ prohiberi & Ecclesiastica sepultura priuari velint. Paschæ autem nomine hîc intelligitur tempus illud, quod Dominica Palmarum, & ea, quæ in Albis dicitur, circumscriptum est.

II. Nec ab officio suo alienum facient, si ex Patrum, & Conc. Triden. sententia doceant, tres esse huius sacramenti percipiendi modos. Primò sacramentaliter duntaxat sumitur, à peccatoribus nimirum, qui sine debita præparatione illud suscipiunt, proindeque fructus omnis spiritualis expertes manent, nec nõ exitium sibi acquirunt. Secundò spiritualiter tantû, quo pacto sumunt illi, qui voto proposito illû panẽ edẽtes fide viua, quæ per dilectionẽ operatur, fructû eius & vtilitatẽ sentiunt. Tertiò demum sacramentaliter simul & spiritualiter; atque hoc modo percipiunt,

Modi percipiendi Eucharistiæ. Concil. Trid. sess. 3. cap. 8.

I.

2.

3.

L 2

qui

qui debita præparatione adhibita vestemque nuptialem induiti ad cœlestem hanc mœsam accedunt, ideoq; amplifimos fructus supra num. VI. enumeratos ex ea decerpunt.

De digna
ad Euchar.
sumendam
præparati-
one.

Conci. Trid.
sess. 13. decr.
de Euchar.
sacram. cap.
1. c. 5.

1.
Fides ne-
cessaria in
sumente.

2.
Charitas
proximi &
consciētæ
pûritas.
Concil. Trid.
sess. 13. c. 7.

3.
Ieiuni sint
communi-
caturi.
De consecr.
d. 2. cap. li-
quido.

Continen-
tes erunt
communi-
cantes.
De consecr.
d. 2. c. Omnis
legit.

III. Digna autem ad Eucharistiam sumendam ratio hoc in primis requirit, vt certò credant fideles, post panis & vini consecrationem, in ea Dominum nostrum Iesum Christum verum Deum atq; hominem, verè & realiter, & substantialiter contineri, sub specie illarũ rerum sensibilium, proindeque patrię cultum, qui vero Deo debetur, huic sanctissimo sacramento exhibeant.

IV. Postulat deinde, vt pacem cum proximis habeant, eosque verè, & ex animo diligant; vt conscientiam ab omni mortifero peccato sacramentali confessione expiatam adferant, neq; putent sufficere, quòd contriti sibi videantur, quando confessarij copiam habere possunt.

V. Ab hominibus sanis, atque valentibus Ecclesia requirit, vt ieiuni accedant, hoc est, à duodecima noctis, vsque ad tempus illud quo sunt communicaturi nihil comederint, aut biberint, siue vigilando siue dormiendo noctem traduxerint.

VI. Neq; tamen communionem impedit, si quid fortè aquæ inter lauandum in stomachũ defluerit, cum id præter voluntatem eius, qui communicaturus est, acciderit.

VII. Exigit tanti sacramenti dignitas, vt coniugati dies aliquot à concubitu vxorum abstineant, idq; exemplo Dauidis, qui cum panes propositionis à sacerdote accepturus esset, purum se, & pueros ab vxorum consuetudine tres ipse dies esse, professus est.

VIII. Præ-

VIII. Præterea requirit, vt fideles accedant ore frigida, proluto, vestitu, gestu, incessu honesto, modestoque armis positis, genibus flexis, oculis animoque in augustissimum sacramentum intentis, manibus ante pectus iunctis, ore aperto, lingua denique supra infimos dentes modicum extensa, ne sacra hostia labijs, dentibusque prematur, aut sub lingua remaneat.

De habitu gestibus, &c. communicantium.

IX. Et quoniam Christus in huius sacramenti sumptione sui nos memoriam colere præcepit, suamque mortem, annunciare; salubriter à maioribus introductum est, vt nemo, nisi sacro prius audito, ad Angelorum hunc cibum capiendum progrediatur.

De Missa ante sumptionem audienda. Luc. 22. 1. Cor. 13.

X. Ex quibus perspicuum euadit pueros, qui propter ætatis imbecillitatem nondum vsum rationis habent, præcepto communicandi nõ teneri. Nam hi neque sacram Eucharistiã, à communi & prophano pane discernere, neque ad eam percipiendam pietatẽ animi, & religionem adferre possunt. Qui autem annos discretionis attigerunt, quod ab anno decimo, vsque ad duodecimum plus minus accidere solet, atque tum de fide huius sacramenti necnon communicandi modo satis instructi, Pastorum iudicio, videbuntur, non est cur à communione arceantur.

De puorum communione.

Catech. Roman. de Euchar. sacr. cap. 11.

XI. Amentibus etiam qui à natiuitate tales sunt, minime sacramentũ dare cõuenit. Illis verò qui alioquin in mentis potestate fuerunt, atque tum piã atque religiosã animi voluntatẽ præ se tulerunt, licebit in fine vitæ ex Carthaginensis Concilij decreto, Eucharistiã porrigere: modo vomitionis omnisque irreuerentiæ periculum absit.

De Amentium communione. Ibidem.

Concil. Carthag. IV. cap. 76.

Peccatores
publici à
comm. re-
pellendi.
De consecr.
d. 2. can. Pro
dilatatione.
Peccatum
manifestū
quod.

XII. Manifesti atq; publici peccatores à communione tamdiu repellendi sunt, etiam si publicè cū alijs petant, donec publicā pœnitentiā egerint, aut populo notam. Porrò manifestum peccatū dicitur, quod tale est, aut per sententiam in iure latam, aut confessionē propriam factam in iudicio, aut cum ex euidentiā rei tam est publicum, vt nulla tergiuersatione negari poterit. Tale est peccatum lenonum, meretricum, concubinariorum concubinas domi alentium, & liberos ex ijs suscitantium, &c.

De cōmu-
nitione pec-
catorum
occultorū.

XIII. At occultis peccatoribus, aut de crimine aliquo suspectis siue infamatis quidem, sed nondum trium iam dīctorum modorum aliquo notarijs cum alijs publicè synaxin petentibus negari non debet. Monendi tantum sunt in genere communicaturi, vt quicumque mortalis peccati sibi conscijs sunt à sacra communione abstineant, ne, vt Paulus loquitur, iudicium sibi manducent.

De cōmu-
nitione ob-
fessorum,
&c.

XIV. Dæmoniacy, leprosi, aut alio fœdo morbo affecti non est cur à cœlesti hac alimonia prohibeantur, si eam, quam debent, præparationem adhibuisse putentur.

Catech. Ro-
man. de eu-
char. sacra-
cap. 11.

De cōmu-
nitione ad
mortem
damnato-
rum, sta-
tuic Pius V.
in motu
proprio.
Sacramen-
tū Eucha-
ristiæ ab
hereticis &
schismaticis
nō acci-
piendum.

XV. Quin & facinorosis extremo supplicio afficiendis administrandum hoc est viaticum, idque pridie eius diei, quo capitalem subituri sunt sententiam aut minimum quinq; horis ante supplicij momentum.

XVI. Qui Christiani ab hæreticis aut schismaticis etiam in extrema necessitate Eucharistiam accipere non verentur, sacrilegi sunt, eorumque socios se profitentur, quibus cum in vnitatis Christianæ symbolo communicant.

Eodem loco habendi sunt, qui profanis hæreticorum,

men-

mensis, & Christi altaribus vicissim seruire & communi-
care non reformidant, immemores illius Pauli: Non po-
testis mensæ Domini participes esse & dæmoniorum. 1. Cor. 10.

ORDO ADMINISTRANDI
populo Eucharistiam.

I.



Acerdos præcelsus hoc sacramentum ad-
ministraturus vestib⁹ sacris, si quidem ipse
celebrarit, alias stola seu orario, & super-
pelliceo indutus, cæreisq; , vt supra dictum
est, accēsis primum fideles ad fidem, & de-
uotionem tanti sacramenti excitet. Deinde

ingenua nixos hortetur, vt confessionem generalē vna
cum ministro dicant; tum orationē Dominicā subiungāt.
Interea tēporis generalē absolutionē his verbis pronūciet.

Misereatur vestri omnipotens Deus, & dimis-
sis peccatis vestris perducatur vos in vitam æter-
nam, Amen. **Oremus.**

Indulgentiam absolutionem & remissio-
nem, vt supra.

II. Mox conuersus ad altare, postquā prono corpore sacra-
mentū adorauit, calicē pyxidemve sinistra manu accipiat
dextra verò particulā sacratam vnā supra calicem paululū
cleuatā populo adorandam ostēdat verbis istis ter repetitis.

Domine nō sū dignus, vt intres sub tectū meū,
sed tātūm dic verbo, & sanabitur anima mea.

Dehinc